Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Literrae Infevdationis

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

Literæ Infeudationis Romanorum Regis Rudolphi super Burggrauiatum Noribergen. Iuditio prouintiali &c.

Rudolphus. Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus. Uniuersis præsentem pagniam inspecturis salutem, Et credere sub notalis Regalis præeminentiæ requirit honestas, ut singulos et uniuersos deuote nobis et fideliter famulan: Condignis debeamus præniorum retributionibus præuenire. Ut spe remunerationis cæteri ad nostram et Imperij obsequiorum confidentius animentur. Notum igitur esse uolumus et præsentibus publicæ protestamur, quod nos aduertendes deuotionem et fidelitatem dilecti nobis Friderici Burggrauij de Nürnberg, Uniuersa bona infra scripta, Videlicet comitia Burggrauiæ in Nurmberg. Castrum quod tenet ibidem Custodiam portæ site prope idem castrum, Iuditium prouintiale in Nurmberg, Cui etiam vice Imperatoris, omne Iuditium iudicas præsidebit. Officialis eiusdem Burggrauij. Una cum Sculteto nostro in Ciuitate Nurmberg Iuditio præsidebit, et quicquid emolumenti de ipso Iuditio, vel per homicidiu vel quemcunq casum alium prouenerit, Idem officialis duas partes eiusdem victus per se tollit, dicto quoq Burggraphia quæq Fabrica in Niernberg solues unu solidum amiatim, censumq tollit ab octo Arcis ab altera parte Pontis, et de quolibet tempore messis unu messorem, tertiam Feram tertiam arborem de Foresto, ac oia ligna iacentia in eodem, officiu de Foresto ab ipsa parte Pontis cum suis attinentijs, Villam Werdæ, Villam Buoch, oppidum Schuand, Castru Streussen Aduocatiam Cænobij in Stenia, decem libras denariorum de officio Sculteti in Niernberg, et decem libras de Telonio ibidem, cum reliquis feudis, q idem et sui progenitores a nostris antecessoribus

ante habuisse dignoscuntur, titulo Feudali concessimus in Feudum non solum sibi, sed etiam ex Liberalitate et gratia speciali Mariae filiae suae, Uxori Ludovici Junioris Comitis de Otinga et filiabus caeteris eiusdem Burggravii, sic tamen si eandem Mariam liberos sive Masculini, sive foemininj sexus habere contingat, et decedere ipsum Burggravium sine liberis Virilis sexus, quod eadem Feuda remaneant apud Mariam et liberos suos, exclusis caeteris filiabus Burggravii memorati. Sed si ipsa Maria liberos non habuerit, dicta feuda ad reliquas filias Burggravii ipso mortuo devolvantur, si vero dictum Burggravium temporis progressu filium habere contigerit, vel filius, filios, volumus, quod cessante facta gratia filiabus, filius vel filij sui succedant in Universum Jus, quod dictus Burggravius pater eorundem habuit in feudis memoratis. Ad maiorem itaque observantiam Premissorum et roboris firmitatem scripta presentia, nostri sigilli charactere roborari jussimus. Datum Aquisgrani Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, octavo Calende Novemb. Indict. tertia.